

habeat elementarium qualitatum etymologiam, ut si possibile esset, sicut diximus, ad libram & trutinam earum vires expendere, omnino e quales & pares reperirentur. Aut si omnino non datur, tamen imaginatione concipi potest, ut sit quasi norma excessuum & defectuum in reliquis temperamentis, quae ab aequalitate hac deflectunt, & quasi quedam Polycleti statua, quam artifices Canonem appellabant, ad quod, tanquam normam, plastae & pictores collinearent, ut est apud Gal. i. de temperament. c. ult.

*Tempo-
ramen-
tum adju-
fficiam.*

Verum cum nostri propositi non sit de temperamentis in genere agere, sed quatenus actionum edendarum ab homine proxima instruenta sunt: misso hoc temperamento, de eo, quod adjusticium tale in scholis appellatur, & a convenientia ad actiones cuiusq; rei estimatur, dicemus. Sapientissimus enim rerum creator unicuique rei ea temperiem tribuit, quae actionibus ejus maxime convenit, & quam quilibet animalis seu plantae species pro suis actionibus obediens requiri videretur; id quod justiciae distributiva est. Unde & hanc temperie e qualibet ad justicium nominarunt. Et si enim respectu temperiei absolute e qualis, & haec intemperies in e qualis dici; & id, quod ea praeditum est, inter imperatum suo modo nominari possit: tamen quia aequalitas hic aequitas potius est, & Geometrica proportio, qua suum cuique tribuitur, respicitur: omne illud, quod eam, quae actionibus edendis natu-

raliter convenit & necessaria est, temperie obtinet, temperatū dicitur; & illud saltē intemperatū appellatur, quod ab ea, quam naturaliter obtinere deberet, temperie deflexit.

Ut autem magna speciem, & hinc dependentium actionū est varietas: ita nō minor est temperamenti diversitas, quae ad tot species redigi possunt, quot modis qualitas una aut duæ reliquias excedere possunt. Si una tantum Qualitas excedit sibi contrariam; reliquæ verò aequalitatē servant: ut si mixtum aliquod quinq; gradū caliditatis, & tres frigoris; quatuor verò humiditatis, & totidem siccitatis habeat: simplex temperies appellatur. Cujus quarties similitudinē sunt species, pro numero primiplex marum qualitatum. Calidum, in quo caliditas frigiditatē superat; humiditas verò & siccitas sunt aequales: Frigidū, in quo frigiditas vincit caliditatem; humiditas & caliditas etiam sunt aequales: Humidum, in quo humiditas siccitate superior est; caliditas verò & frigiditas pares sunt: Siccū, in quo siccitas humiditatem vincit; caliditas & frigiditas iterum aequales sunt. Cum verò duas qualitates reliquias contrarias superant, compositū temperamentū emergit: cuius etiā quatuor sunt species, secundum quatuor primarum Qualitatum possibles combinationes: calidum nimimum & humidum; calidum & siccum; frigidum & humidum; frigidum & siccum.

In singulis ramen speciebus magna Temporaliitu-

*Tempo-
ramentū
rum spe-
cies*

*Composi-
tū*

ta

<div data-bbox="865 3840 935